

Quise serue bone in modico fidelis mitra in gaudium con

vo^ovae. **ā** Beatus ille seruus cum uenerit dominus eius

erit iamum et inueyerit eum uigilantem. **ā** Fidelis seruus

merit colitur dominus sup famuliam suam. **o**vo^ovae. **ā** **C**

real **ā** in quo dolus non est. **o**vo^ovae. **ā** Serue bone et

in gaudium domini sui. **o**vo^ovae. **xx** **A**mauit. **v** **O**s u

sanctissime confessor domini monachoz pater et dux

re p nostra omnium q salute. **o**vo^ovae. **in se. uet. ā**

rens. **ā** Collocet. **ā** Disrupti. **xx** **I**ustus ut palma. **Su**

u reduxit dominus p uias rectas et ostendit illi r

P. 6, 72

ob
ll

B. v. 181. 788.



HOROLOGIVM THEOLOGICVM.

HOC EST,

PIÆ, ET SACRIS
LITERIS ANALOGÆ COGITA-
TIONES, DE DICTO SALVATORIS
NOSTRI IESV CHRISTI, VBI IOHANNIS
II. ait: *Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambula-
uerit in die, non offendit: quia lucem huius mun-
di videt. Lectu non iniu-
cunda.*

Candido animo & amicitiaë ergò scriptæ,

A D

DIGNISSIMVM VI-
RVM, PIETATE, ERVDITIONE, SA-
pientia, consilio & autoritate præstantem, Dominum
THEODORVM RONNERVM, Dn. fauto-
rem & consanguineum suum, obser-
uanter colendum.

A B

HENRICO VRSINO, PASTORE PAROE-
siæ Curouiensis in Holsatia.

L V B E C Æ,

Typis Laurentij Alberti Bibliopolæ,

ANNOM. DC. III.



[Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, appearing as ghosting of a printed document.]





PIAE, ET CHRI-
STIANÆ FIDEI CON-

SENTANÆ MEDITATIONES, DE DV O-
decim horis, Iohannis vndecimo
capite.

QVANDO SONAT PRIMAM,

VNus est DEVS, seu vna essentia diuina,
contra monstrosam *πολυθεϊαν* Ethnico-
rum, qui testibus Augustino & Eusebio,
vltra 30000. Deorum & Dearum com-
menti sunt.

Vnus est mundus, contra deliria Epicureorum.


Vnus est Mediator & Saluator generis humani,
homo IESVS CHRISTVS, Matth. 1. 9. 11. 18. 20. 22.
Luc. 1. 2. 9. 15. & 19. Act. 4. 10. 15. & 20. 1. Timoth. 1. &
2. 1. Iohan. 1. & 2. Apocal. 1. 7. 14. Contra Idolola-
triam Papistarum.

Vna est saluifica doctrina, Deut. 4. & 12. Psal. 68.
Esa. 8. & 12. Jerem. 20. Luc. 10. & 11. Ioh. 3. 5. 6. 8. 10. 12.
14. & 17. Rom. 1. 1. Cor. 1. Contra traditiones huma-
nas Pontificis Romani.

Vnicus est duntaxat liber, sacra Biblia, ex quo
Deus ipse, & regia ac infallibilis via, ad æternam &

A 2

cœle-



cœlestem vitam perducens, sufficienter discitur & percipitur. Psal. 1. 40. 119. &c. Luc. 10. 11. 16. Iohan. 5. 8. 10. & 20. Act. 10. & 11. 1. Thess. 2. 2. Tim. 3. 2. Petr. 1. De quo & verissimè & grauissimè Diuus Chrysof. Homil. 9. in cap. 3. ad Colossenses: *Κτὰ θεὸν βιβλία, φάρμακα τῆς ψυχῆς. Τοῦτο γὰρ πάντων αἵπων κακῶν, τὸ μὴ εἶδέναι τὰς γραφὰς.*

Vna est saluifica fides. Act. 15. 1. Cor 15. Ephes. 4. Gen. 15. Rom. 4. & 14. Ebræos 11.

Vnum est Baptisma. Ephes. 4. 1. Pet. 3. vt & vna Arca Noë, veræ Ecclesiæ typus.

Vna est via in cœlum, IESVS CHRISTVS, Matthæi 7. Iohan. 1. 3. & 14.

Vna est & scala Iacobæa. Genes. 28. Iohan. 1. & 3. Contra erroneas & commentitias scalas Pontificis Romani.

Vnus est Sol iustitiæ IESVS CHRISTVS, Psal. 84. Malach. 4. Iohan. 1. 8. 12. 2. Pet. 1. Ebræ, 1. Apocal. 12. à quo Luna, id est, vera Ecclesia suam lucem haurit & ipsa splendet.

Vnicum erat duntaxat summum templum, in terra Canaan, videlicet, Hierosolymitanum, vnius Christi typus, Ezechielis à 40. capite ad finem vsque, Ioh. 2. Coloss. 1. & 2. Apoc. 21. Testimonia in Exodo, Leuitico, Deuteronomio & alibi extant.

Vna duntaxat virgo, Maria, in hoc mundo *ὑπερφυσικῶς* & præter rerum seriem, verè, operatione Spiritus Sancti grauida est facta, & illæsa virginitate, Immanuel, vnicum totius mundi *σωτῆρα ἀλεξίκαλον*, peperit, & ob id *Θεοτόκον*, Haalmah & Deipara, verissimè
voca-

vocatur. Genes. 3. Esaiæ 7. 9. 11. Ierem. 31. Ezech. 44.
Dan. 2. Matth. 1. & 2. Lucæ 1. & 2. Gal. 4. & alibi.

Vnicum est *ἰλαστήριον* seu Thronus gratiæ, & æternæ apud DEVM reconciliationis, nempe IESVS CHRISTVS, Iohan. 13. & 17. Rom. 3. Ebræ. 9. & 10.

Vna est vera, sufficiens & sempiterna LIBERTAS omnium verè & perseveranter in CHRISTVM credentium, quam illi CHRISTI *ἑ σωτήριον* beneficio obtinent contra maledictionem Legis, iram DEI, magnitudinem peccati, tyrannidem Diaboli, sævitiam mortis & atrocitatem inferni. Genes. 3. Oseæ 13. Ioh. 8. Act. 15. Rom. 8. Gal. 5. 1. Cor. 15. 1. Ioh. 3. & 5. & alibi passim.

Vnum est necessarium omnibus DEI amantibus, & æternæ salutis ex animo cupidis & studiosis, videlicet, Verbum DEI sedulo audire & fideliter custodire, seu CHRISTVM ipsum audire, rectè agnoscere & diligere, & in eum verè & perseveranter credere, inque eius integerrimo, & omnibus numeris absolutissimo merito, *ἡ ἰκὴ πληροφορία*, seu filiali fiducia, ad finem vsque ductu Spiritus Sancti, patienter acquiescere. Matth. 3. 10. 16. 17. & 24. Luc. 10. & 11. Iohan. 1. 3. 6. 8. 10. 14. & 17. Act. 10. & 11. Rom. 1. Phil. 2. & alibi multoties.

Vnus est Magister noster CHRISTVS, Deuter. 18. Psalm. 2. Matth. 3. 17. 23. Iohan. 2. & 13. Cui in pia simplicitate & vera humilitate, in summis mysterijs sacrarum literarum, optimo iure & quidem tutissimè (omnem rationem sub obsequium fidei, vt Abrahamus

hamus Pater & exemplar omnium fidelium & saluandorum, captiuantes) credamus, & in τῷ ῥῆμα verborum ipsius acquiescentes, gloriam sapientiæ, veritatis, & omnipotentia, ei tribuamus. Genes. 15, & 22, Luc. 1, Rom. 4. 2, Cor. 10, Ebr. 11,

QUANDO SONAT SECUNDAM.

DVO sunt Luminaria magna, Sol & Luna, quorum ille diei, hæc vero nocti, DEI ordinatione & iussu, præest. Genesis 1. Syrac. 43. & alibi.

Duo homines initio à DEO sunt creati, cæterorum omnium stemma & scaturigo. Gen. 1. Matth. 19.

Duo heroici viri & germani fratres, Moses & Aharon, DEO mandante & præsentente, atque omnipotens brachium suum exercente, populum Israëliticum ex ferrea & pergravi seruitute sub tyrannico rege Pharaone, per diuinitus diuisum mare aliosum, eduxerunt. Exod. 14. & alibi passim.

Duo homines, Iosua & Caleb, ex 600000. Israëlitarum veniebant duntaxat in terram promissam. Numer. 14. Deut. 1.

Duo sunt genera Angelorum, boni & mali. Testimonia passim in veteri & nouo Testamento extant.

Duo sancti Angeli à Iehoua missi, educunt Lothum cum suis Sodomâ igne cœlitus demisso conflagraturâ. Gen. 19. 2. Pet. 2. Ebræ. 13.

Duo Angeli concionantur pijs mulieribus apud
mo-

monumentum Filij DEI, de rediuiuo CHRISTO,
Luc. 24. Ioh. 20.

Duo Angeli habent præclaram concionem ad
vndecim Apostolos, septuaginta Discipulos & 500.
fratres, in monte oliuarum, de visibili, glorioso &
triumphali reditu Domini nostri IESV CHRISTI,
ex dextera DEI, ad extremum iudicium & iudican-
dum viuos & mortuos, Act. 1. 10. 17. 2. Tim. 4. 1. Pet.
4. Apoc. 6.

Duplex est officium, seu λειτουργία S. Angelorum,
I. Hymnis celebrare creatorem & Dominum suum,
Psal. 103. Esaia 6. Danielis 7. Lucæ 1. & 2. & alibi pas-
sim. II. Inseruire sanctis & diuinitus institutis ordi-
nibus generis humani, id est, omnibus verè in DE-
VM Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum credenti-
bus, Genes. 19. & 32. 2. Reg. 6. & 19. Psal. 34. & 91. Matt.
1. 2. & 18. Hebræos 1. Hæc duo officia S. Angelorum,
Theodoretus mira breuitate complexus est, vbi ait:
ὕμνοισι Θεόν, καὶ θείαις οἰκονομίαις διακονοῦσι.

Duo sunt agmina hominum in mundo, boni &
mali, seu pij & impij, fideles & infideles. Sacræ lite-
ræ, & aliæ authenticæ historiæ, ac quotidiana expe-
rientia, innumera testimonia & exempla suppedi-
tant.

Duæ duntaxat personæ in matrimonio, ex ordi-
natione diuina, indiuiduè, ad mortem vsque viuant,
Gen. 2. Matth. 19. Rom. 7. 1. Cor. 7.

Duo sunt Testamenta, vetus & nouum; quorum
illud huius est fons & typus, hoc verò illius lux, decla-
ratio

ratio ac impletio. Matth. 5. 11. & 19. Lucæ 18. & 24.
Iohan. 5. Rom. 10. 2. Cor. 3. Gal. 4.

Duo sunt summa & primaria capita doctrinæ
Christianæ, Lex & Euangelium, quorum illa culpâ
hominum occidit, hoc verò viuificat. Matt. 13. & 22.
Lucæ 10. 2. Cor. 3.

Duæ sunt tabulæ Decalogi. Exod. 24. & 34. Deu-
ter. 10. quarum prior docet de cultibus D E O imme-
diatè præstandis, posterior præcipit de officijs proxi-
mo debitis.

Duplex est principalis vsus Legis diuinæ, iuxta
Diuum Lutherum, Prior, vt sit politum speculum,
peccati in hac corruptâ naturâ, & eâdem operâ Pæ-
dagogus ad CHRISTVM, sufficientissimum Medi-
cum, Magistrum, Pastorem & Episcopum animarum
nostrarum. Exod. 15. Esaiæ 63. Matth. 9. & 11. Gal. 3.
1. Petri 2. Posterior, vt sit perfecta & absolutissima
norma, piè, iustè & honestè viuendi. Testimonijs ab-
undat totum vetus & nouum Testamentum, præfer-
tim Psalmus 19.

Duplex in S. Biblijs describitur vocatio hominum
ad veram Ecclesiam tanquam ARCAM NOHÆ. Ex-
terior, per Verbum & Sacramenta, de qua CHRIS-
T V S inquit, Matth. 20. & 22. Multi sunt vocati: &
Interior, qua D E V S per verbum & Spiritum San-
ctum, ac legitimum Sacramentorum vsum, flectit
mentes audientium, vt fide assentiantur prædicato
verbo, vt in D E V M verè credant, D E V M, tanquam
summum bonum, verè diligant, & vera fide omnia
CHR-

CHRISTI beneficia sibi applicent, vt resipiscentes Peccatores & Publicani, Luc. 15. Magdalena, Luc. 7. Filius prodigus, Luc. 15. Publicanus, Luc. 18. Latro in cruce, Luc. 23. ter mille, Act. 2. Eunuchus, Act. 8. Cornelius, Act. 10. & 11. Lydia Purpuraria, Act. 16. & infiniti alij.

Duplex metus, seu timor DEI, in S. literis describitur, Legalis & Euangelicus, seu φόβος δουλικός καὶ υἱικός, id est, Timor seruilis, quo homines impij & infideles, conspectu iræ diuinæ, & æternarum pœnarum expauescentes, horribiliter fugiunt DEVM, & præcipuè in ærumnis fremunt aduersus DEVM, eumque ceu crudelem tyrannum oderunt. Esai. 66. Oseæ 10. Marci 9. Lucæ 23. Apoc. 6. Et filialis, quo pij Christiani & verè in CHRISTVM credentes, vtut adhuc imbecilli & imperfecti, sese filiali reuerentia & amore DEO subijciunt, & in paterna DEI voluntate, propter Filium Mediatorem & Redemptorem gratuito promissâ, ductu & auxilio Spiritus Sancti, in tota vita, & maximè in agone mortis πληροφορηθέντες acquiescunt. Psalm. 2. Prouerb. 28. Rom. 8. Phil. 2. 1. Iohan. 4. Syracidæ 1.

Duplex est modus cognoscendi DEVM, Prior υἱικός & imperfectus, ex libro totius creatæ naturæ. Genesis 1. Iob. 26. Syr. 43. Rom. 1. quo Antonius Eremita præcipuè vsus & contentus fuisse scribitur. Posterior ειδικός & perfectus, ex libro sacrosanctæ Scripturæ, in quo veneranda Trinitas, immensa bonitate, sese veræ Ecclesiæ omnium temporum patefecit,

B

&

& cum eâdem in hisce terris, ad consummationem
vsque mundi, loquitur & efficaciter agit. Testimonia
in singulis propè capitibus, veteris & noui Testamen-
ti, extant.

Duplex est in vniuersum natura, quemadmodum
tota sacra Scriptura demonstrat, increata, vt solus
D E V S, principio & fine omnino carens: & creata, vt
omnes creatæ substantiæ, visibiles & invisibiles. Act.
14. & 17. Coloss. 1.

Duplices sunt inuisibiles & spirituales substantiæ
immortales, videlicet, Angeli boni & mali, ac animæ
hominum, Matth. 10. & 22. 1. Cor. 8. Coloss. 1.

Duæ sunt res pulcherrimæ & iucundissimæ, Bo-
na conscientia coram D E O, & honesta fama seu ex-
istimatio coram hominibus. Matth. 5. & 7. Actor.
24. 1. Corinth. 4. 5. 9. 2. Corin. 1. Philip. 3. 1. Timoth. 1.
2. Tim. 4. Tit. 2. Qua de re grauissimè S. Augustinus
Homil. 212. de tempore, & Homil. 52. ad fratres in E-
remo. Nilus item Episcopus Constantinopolitanus,
vbi sic ait: Conscientia tua pro lucerna vtere, in o-
mnibus actionibus tuis. Imò tota sacra Scriptura, &
omnes orthodoxi Patres, atque etiam saniores inter
Ethnicos Philosophi, vnanimi consensu huic rei suf-
fragantur.

Duo rem arcanam omnium optimè continent &
reticent, tertius plerunq; effutit, vt docet exemplum
Dauidis & Ionathæ, 1. Samuelis 20.

Duo vrsi prope Bethalem, quadraginta duos im-
pios & maledicos pueros, D E O & Prophetæ Elisæo
con-

contumeliosè illudentes, ad Prophetæ efficacem, & cum diuino zelo coniunctam imprecationem, lacerarunt. 4. Reg. 2.

Duæ sunt Clauæ Ecclesiæ, vna soluendi, altera ligandi. Matt. 16. & 18. Ioh. 20. 1. Cor. 5. 2. Cor. 2.

Duo sunt Sacramenta noui Testamenti, Baptismus & Cœna Domini. Contra commentitium septenarium Romanensium.

Duplicia sunt membra visibilis & catholicæ Ecclesiæ, viua & mortua. Matt. 8. 13. 20. 22. 25. Ioh. 8. & 10. Rom. 8. & 9. 1. Tim. 3. 2. Tim. 2. Hinc pertinet Arca Noë, vbi inter octo homines, reprobus vnus inuentus est, Gen. 9. Exemplum item 12. Apostolorum, inter quos filius perditionis fuit, Ps. 41. & 109. Ioh. 6. 13. & 17. Act. 1. Hinc rectè asseritur, quòd Ecclesia militans, sit simul visibilis, quò ad externas notas, & inuisibilis, quò ad καρδιογνωσίαν καὶ δοκιμασίαν δευκῆν, de verè pijs & hypocritis, Ps. 139. Ioh. 1. & 21. Act. 1. Rom. 10. & 11.

Duo sunt principalia officia CHRISTI Θεανθρώπου, vnum, vt destruat opera Diaboli: alterum, vt eternam benedictionem adducat super filios Abrahamæ, id est, super omnes, qui CHRISTVM DEI & Mariæ vnigenitum filium fide recipiunt, vt Abraham, Pater & exemplar omnium saluandorum, fecit. Gen. 3. 12. 15. 17. 18. 22. 26. 28. Marc. 7. Luc. 11. 1. Ioh. 3.

Duplici modo CHRISTVM Salvatorem nostrum, sacra Scriptura nobis passim, præsertim in toto nouo Testamento describit & proponit. Primò, tanquam summum bonum & donum. Secundò, tanquam *ἰσόδειγμα τυπικόν, ἢ δικόν, καὶ μιμητικόν*. Testimonia nota sunt.

Duo sunt principalia Requisita cuiuslibet Christiani & fidelis Ecclesiastæ & doctoris, iuxta totius S. Scripturæ sensum, nempe, vera doctrina, & sanctimonia vitæ.

Duæ sunt viæ, seu portæ, vna ad cœlum & angusta, altera ad infernum & spatiosa. Matth. 7. Lucæ 13.

Duplex est mors, corporalis & spiritualis, temporalis & æterna, prima & secunda. Matth. 8. 10. 25. Apoc. 21. & alibi passim.

Duæ sunt vitæ, læta cum DEO, mœsta cum Diabolo. Matth. 8. 18. 25. Marc. 9. Luc. 16. & alibi multoties. Contra fictitium Purgatorium Pontificiorum.

Duplices Prophetæ, seu Doctores, in Templis & Scholis, omnibus mundi temporibus viguerunt, boni, Spiritus Sancti sacraria & ab eodem ducti, ac bonitatis diuinæ illustra *περιήετα:* & mali, Satanæ organa & mancipia, ac generis humani pestes, iræque diuinæ manifestata signa, vt & sacra Biblia, & omnes aliæ authenticæ historiæ apertissimè testantur.

Bini Apostoli & Discipuli à CHRISTO emittuntur, Matth. 10. Marci 6. Lucæ 10.

Duo Apostoli adducunt CHRISTO asinam cum pullo, Zach. 9. Matth. 21. Marci 11. Luc. 19. Ioh. 12.

Duo Apostoli præparant CHRISTO diuersorium & cœnaculum vltimæ Cœnæ, Marci 14.

Duplex est victoria totius generis humani, tristis & læta. Prior, mortis, ob peccatum Originale, & actualia peccata. Hinc omnes homines, summi & infimi, temporali morti (Enocho & Elia duntaxat exceptis)

ceptis) sunt obnoxij, Psalm. 89. & 90. Syrac. 25. Sapi-
ent. 2. Rom. 5. & 6. 1. Cor. 15. Ebr. 9. Posterior, Do-
mini nostri IESV CHRISTI absorbentis mortem
in victoriam sempiternam. Esa. 25. Oseæ 13. Rom. 5.
1. Corin. 15. Apoc. 7. & alibi.

Bis Filius DEI pronunciauit: Consummatum
est, I. Tempore consummatæ creationis, Genesis 1.
II. Tempore consummatæ passionis & redemptio-
nis. Iohan. 19. Superest tertium in nouissimo die.

Duobus Discipulis, Cleophæ & Nathanaëli,
CHRISTVS rediuius, die Paschatos, inter Hiero-
solyma & Emmaunta, per duo miliaria Germanica,
omnia testimonia Mosis & Prophetarum, de se ex-
hibito Messia scripta, enarrauit, & hac ratione eo-
rum oculos aperuit, & corda spirituali igne & lætitia
inflammavit. Luc. 24.

Duplex est vsus imaginum publicarum & priua-
tarum, Vnus historicus & ornatus gratia inuentus;
Alter superstitiosus & idololatricus, apud quas popu-
lus procumbere, & idololatriam exercere consuevit:
Quorum ille, teste S. Scriptura, Exodi 25. 2. Paral. 4.
& multis authenticis historijs, Euseb. lib. 7. cap. 14. &
18. Nicephor. libr. 6. cap. 15. & libr. 10. cap. 50. atque
Christiana conscientia comprobante, est concessus,
estque de rebus gestis & gerendis, quasi oculatum &
quotidianum memoriæ adminiculum, & ob id à Di-
uo Luthero, graui iudicio contra Carlstadium teme-
rarium & audacem εἰς νόμον ἀγών, defensus & retentus:
Hic verò simpliciter & omnino est prohibitus. In hac

sententiam Gregorius Magnus de imaginibus non ineptè locutus est, vbi ait: Quòd legentibus Scriptura, hoc Idiotis præstat pictura cernentibus.

Duplex extat in sacris Biblijs *γωνικισία*, genuflexio seu geniculatio, & apertio capitis, vna religiosa, altera ciuilib, quarum illa, quò ad verè Christianos, internæ pietatis est *ἑπιδεικτικὸν σημεῖον*, & nullo modo improbanda & intermittenda: hæc verò vt plurimum est adulatoria & hypocritica. Exempla vetus & nouum Testamentum, experientia item quotidiana, benè multa suppeditant.

Duo sunt tempora apud DEVM, vnum gratiæ & misericordiæ, Psal. 30. 103. 130. Esa. 49. 65. Prouer. 1. Matth. 1. 9. 11. 18. Luc. 9. 18. 19. Iohan. 3. & 8. Roman. 2. 2. Corin. 6. 2. Petr. 3. & alibi passim. Alterum iustitiæ & iræ nouissimo die, Matth. 3. 13. 25. Iohan. 5. Actor. 10. & 17. Rom. 2. & 14. 2. Thessal. 1. 2. Timoth. 4. 1. Pet. 4. Hebr. 12. Apoc. 6.

Duplex erit definitiua sententia Filij DEI in postremo iudicio, vna Euangelica ad oues, seu verè pios: Venite benedicti Patris mei, &c. Altera Legalis, ad hœdos, seu impios: Ite vos maledicti in ignem æternum, Matth. 7. 13. & 25.

QVANDO SONAT TERTIAM.

Res sunt Personæ in vna essentia diuina, realiter distinctæ, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, id quod & vetus & nouum Testamentum luculenter & abundè testantur.

Tres

Tres sunt omnium optimæ & nobilissimæ nuptiæ
sacrorum Bibliorum, I. Adami & Euæ in primæuo
Paradiso, Genesis 2. II. In Cana Galilææ, Iohan. 2.
III. CHRISTI & Ecclesiæ, Psal. 45. Ose. 2. Matt. 22.
Luc. 14. 2. Cor. 11. Eph. 5. Apoc. 12. & 19.

Tres sunt præclarissimæ & præstantissimæ dotes
in sacris literis descriptæ. Prima, Adæ & Euæ, quibus
Iehoua totum terrarum orbem loco dotis dedit.
Genesis 2. Secunda, Dos Ecclesiæ CHRISTI in hac
vita, id est, Gratia priuatiuæ & positiuæ, vt nonnulli
pij Patres, præsertim Gerson, locuti sunt. Psalm. 45. &
110. Esa. 61. & 62. Matth. 22. Luc. 15. Apocal. 7. Genes. 3.
Tertia, plena & realis fruitio vitæ æternæ, Psal. 16. 17.
36. 80. 84. Iohan. 12. 14. 16. 17. Matth. 13. 19. 25. Luc. 12.
16. 19. 22. 1. Cor. 15. 2. Cor. 7. & 12. 1. Thess. 4. 2. Timoth. 1.
& 4. 1. Pet. 5. Apocal. 2. 21. 22.

Tres sunt præcipuè VIRGÆ, quibus DEVS, ob
peccata mundum punire solet. Annonæ caritas. Bel-
lum, Pestis: Leuit. 26. Deuteron. 28. 2. Sam. 24. 1. Paral.
22. & alibi multoties.

Tria extant in sacris literis hyperphysica ieiunia,
I. Mosis, Exodi 34. II. Eliæ, 11. Reg. 19. III. Ipsius
CHRISTI, Matth. 4. Marc. 1. Lucæ 4.

Tres admirandæ liberationes in sacra Scriptura
describuntur. I. Liberatio ex ferrea seruitute Ægy-
pti. II. Liberatio ex regno Diaboli. III. Vniuersalis
liberatio veræ Ecclesiæ, in nouissimo die, de quibus
testimonia Biblica nota sunt.

Triples est Pascha, Iudaicum, quod fuit lætum.
pro-

propter liberationem ex durissima seruitute sub Pharaone. Nouum seu Christianum Pascha, longè lætius ob spiritualem liberationem ex hostibus omnium sæuissimis. Et Pascha æternum, nouissimo die omnibus credentibus futurum, quod erit omnium lætissimum. Psal. 80. 84. 90. 95. Esa 30. 64. 66. Dan, 12. 1. Pet. 1. 2. Pet. 3. Ebr. 3. & 4. Apocal. 21. & 22.

Tres verè pij, & constantes Israëlitæ, Sadrach, Mesach & Abednego, in medio igne ardētis & flammiuomæ fornacis Babylonicæ, à DEO, omnipotente, & causis secundis minimè alligato, incolumes seruantur, indeque à rege Nebucadnezare coram suis omnibus illæsi reuocantur. Dan. 3.

Tribus temporibus de die, propheta Daniel, in genua sua procumbens, orare solebat, videlicet, matutino, meridiano & vespertino, Dan. 6. Idem de se affirmat regius Propheta Dauid, Psalmo 55.

Tria præcipuè summa festa populus Iudaicus quotannis Hierosolymis, iuxta mandatum DEI, celebrauit, nimirum, Pascha, Pentecosten, & Scenopegia. Exod. 12. & 23. Leuit. 23. Numer. 28. Deut. 16. Luc. 2.

Tres mortuos CHRISTVS παντοδύναμοι ἀλεξίμορφοι (in certum testimonium vniuersalis resurrectionis) tempore visibilis & seruilis ministerij, in vitam reuocauit. Primo anno, filium vnicum viduæ Naimicæ, Lucæ 7. Secundo anno, filiam Iairi Archisynagogi, Lucæ 8. Matth. 9. Anno tertio, Lazarum, Iohan. 11.

Tres Apostolos, Petrum, Iacobum & Iohannem,
Domi-

Dominus noster IESVS CHRISTVS singulari quada-
dam prærogatiua, & tanquam ἀξιωματικῶς καὶ αὐτόπῳ μαρ-
τυροῦ, secum assumpsit, in ædes Iairi Archifynagogi,
Matth. 9. In montem Thabor, Matth. 17. Marci 9.
Lucæ 9. 2. Petr. 1. Et in horto Gethsemane, tempore
spiritualis & internæ passionis, vt ex quatuor Euan-
gelistis liquidò constat.

Tres sunt summi Articuli fidei Christianæ, iuxta
doctissimam diuisioné Diui Lutheri, Primus, de Cre-
atione. Secundus, de Redemptione. Tertius, de San-
ctificatione, ostendentes admiranda breuitate, &
concinno ordine, quibus & quantis beneficijs sacro-
sancta Trinitas nos affecit.

Tria sunt principalia Symbola, verè authentica,
& ex sacris literis, tanquam riuuli ex limpidissimo, in-
exhausto & perenni fonte, desumpta, & ob id à tota
orthodoxa Ecclesia, approbata & recepta, & eiusdem
infallibilia *ἠνωσίματα* ac tesserae, videlicet, Apostoli-
cum, Nicenum, & Athanasium.

Tres sunt magni dies totius durantis mundi, pri-
mus ante Legem: secundus sub Lege: tertius sub ex-
hibito CHRISTO *θεανδρώπῳ*. Osee 6. & in Traditio-
nibus Eliæ Prophetæ.

Tres miraculosæ, & hyperphysicæ PUGNÆ seu
Monomachia, in S. Biblijs describuntur. I. Simso-
nis cum Leone & Philistæis, in libro Iudicum. II.
Dauidis cum Leone & monstroso Goliatho, 1. Sam.
17. III. CHRISTI (cuius duo priores Heroës fue-
runt typi) cum morte & Diabolo, Psalm. 68. Dan. 12.

C

Osee

Osee 13, Luc. 11. 1. Cor. 15. Ephes. 4. Coloss 2. Apoc. 12.
Huc pertinent dulcissima verba SEQUENTIAE Pa-
schalis:

Mors & vita duello confluxere mirando,
Dux vitæ mortuus regnat viuis.

CANTILENA item Diui Lutheri:

Es war ein wunderlicher Krieg /
Da Todt vnd Leben ringen:
Das Leben behielt den Sieg /
Es hat den Todt verschlungen / etc.

Ter cœlitus audita est vox æterni Patris. I. Ad
Iordanem. Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. Iohan. 1. II. In
monte Thabor, Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9. & 2. Pe-
tri 1. III. Hierosolymis, Iohan. 12.

Ter CHRISTVS fleuisse dicitur, Lucæ 19. Ioh. 11.
& Hebræos 5.

Triplicia munera, valde *σημαντικά, μυσικά καὶ ἱερὰ*,
Magi seu Theologi Orientales, PVERO IESV Im-
manueli nostro, Bethlehemi recens nato, obtulerunt
Aurum, Thus, & Myrrham.

Ter extat duntaxat vocabulû, CHRISTIANVS,
in sacris Biblijs, nimirum, Act. 11. & 26. & 1. Pet. 4.

Tres sunt verè Christianorum acerrimi, & perni-
ciosissimi hostes, aduersus quos nunquam non iustissi-
mam pugnandi occasionem habent, nempe, I. Dia-
bolus mendax & homicida. Gen. 3. Luc. 22. Ioh. 8. 12.
14. Ephes. 6. 1. Pet. 5. Iacob. 4. Apoc. 12. II. IMPIVS
MVDVS, id est, Hæretici, Tyranni, & cæteri impij.
Mich.

Micheæ 7. Matt. 7. 10. 27. Ioh. 15. & 16. 1. Ioh. 5. III.
Corrupta nostra CARO, cum omnibus vitiosis &
prauis inclinationibus, in mente, voluntate & cor-
de. Gen. 6. & 8. Esa. 1. Ier. 17. Matt. 15. Rom. 6. 7. 8. Gal.
5. Iac. 1. & 2. 1. Ioh. 2. & alibi passim. Et hæc immunda
triplicitas, SACROSANCTÆ & VENERANDÆ
TRINITATI opponitur.

Tres sunt SPONSORES æternæ salutis nostræ.
Æternus Pater, qui dilexit mundum. Ioh. 3. Rom. 5. &
8. Gal. 2. Ephes. 1. 1. Ioh. 3. 4.

Æternus Filius, qui per carerè redemit mundum. Matt.
20. Ioh. 13. 14. 17. Phil. 2. 1. Tim. 2. Ebr. 9. & 10. 1. Pet. 1. A-
poc. 1. 13. Es. 50. 53. 63. Ps. 22. 69. 110. & alibi passim.

Æternus Spiritus Sanctus, qui sanctificauit & obfi-
gnauit omnes fideles in mundo. Ezech. 9. & 37. Zach.
12. Iohel. 2. Rom. 8. 2. Cor. 1. & 5. Gal. 4. Ephes. 1. & 4.

Tria sunt sigilla, seu σφραγίδες, nostram fidem de re-
missione peccatorum, & æterna salute confirmantia,
Baptismus: Absolutio à peccatis, vi integerrimi & suf-
ficientissimi λόγος ac verborum CHRISTI: Et legiti-
mus atque pius vsus sacrosanctæ Cœnæ Dominicæ.
Testimonia, cum sacræ Scripturæ, tum piæ & ortho-
doxæ antiquitatis, nota sunt.

Tria sunt regna huius mundi, Politicum, Satane,
& Dei. Testimonijs hac de re sacræ literæ abundant.

Triplex est regnum DEI. Potentiæ & vniuersale.
Psalm 139. Quò fugiam, &c. Ierem. 23. Nonne cœlum
& terram ego impleo? Gratia & crucis: Gloria & tri-
umphus. Ad hoc omnes verè Christiani perpetuis

suspirijs & intimis gemitibus deuotè anhelent. Testimonia tam nota sunt, vt scriptione hîc non indigeant.

Tres sunt Christiani, pij, & beati Status generis humani, Ecclesiasticus, Politicus, & Oeconomicus (quibus status virginitatis & viduitatis est admixtus) diuinitus instituti, approbati, & per omnia secula mirabiliter conseruati, in sacris Biblijs celeberrimi. Impij autem, & idololatrici Ordines Papales & ἑρημικοί, non item.

Triplex est principalis finis BONORVM OPERVM, secundum grauissimam censuram Diui Lutheri, nempe, vt iisdem DEVM glorificemus: Proximis nostris profimus: Fidem, & Christianismum nostrum, ceu viua quadam ἀποδείξις, testemur. Matth. 5. Lucæ 1. 1. Timoth. 1. in toto vetere & nouo Testamento.

Tres sunt dies vitæ nostræ, Osee 6. Primus est dies passionis, calamitatum & lacrymarum. Secundus est quietis, quum exuiæ nostræ sepeliuntur & quiescunt. Tertius dies erit Resurrectionis gloriosæ in extremo iudicio futuræ, quem S. Petrus appellat καρπὸς ἀναψύξεως ἀπὸ θανάτου ἔκ νεκρῶν, & χρόνος ἀποκαταστάσεως πάντων. Actorum 3.

Triplex est modus præsentiaë CHRISTI in sua hac terrena Ecclesia, vt asserit Augustinus in suo Tractat. in Iohan. 64. videlicet, σωματικὸς, ἐνεργητικὸς καὶ ὑποστατικὸς. Σωματικὸς καὶ σῶσις, seu corporalis & visibilis, durauit toto tempore ministerij seruilis, circiter

ter

ter 33. annos, vt ex cap. 9. Danielis, & ex Apostolo & Euangelista Iohanne, non obscure colligi potest. ἐνεργητικὸς verò & ὑποστατικὸς præsentia modus, non verbalis sed realis, durat ad consummationem vsque seculi. Matth. 18, & 28. Iohan. 1, 4. & 14. Ephes. 1, & 4. & alibi.

QUANDO SONAT QUARTAM.

Quatuor sunt Prophetæ Maiores, immediatè diuinitus vocati & missi, & ob id omnino ἀξιόπιστοι, & omni exceptione maiores, videlicet, Esaias, Ieremias, Ezechiel & Daniel.

Quatuor sunt Euangelistæ in nouo Testamento, sacrosanctæ historiæ de Domino nostro IESU CHRISTO Θεανθρώπων, vnico generis humani Messia, Mediatore, Redemptore, Iustificatore & Salvatore, Θεόπνευστοι scriptores & locupletissimi testes, nempe, Matthæus, Marcus, Lucas, Iohannes.

Quatuor sunt summæ MONARCHIÆ, Chaldaica, Persica, Græca, & Romana, à Daniele delineatæ, cap. 2. 4. 7.

Quatuor σεισμοί, seu terræmotus in S. Biblijs exprimuntur. Primus, in Legis diuinæ promulgatione. Exod. 19. Psal. 18. 68. & alibi. Secundus, in CHRISTI Passione. Tertius, in gloriosa CHRISTI Resurrectione. Matth. 28.

Quartus erit in extremo & vniuersali iudicio, vbi erit consummatio omniū. 2. Pet. 3. & alibi multoties.

Quatuor sunt partes anni, Ver, Æstas, Autumnus, Hyems, adumbrantes ex sententia Saluatoris nostri, hanc ærumnosam, & futuram gloriosam vitam. Matthæi 24. Marci 13. Lucæ 21. Videte ficum & omnes arbores, &c.

Quatuor sunt partes vniuersi orbis terrarum, Asia, Africa, Europa, America: in quem 12. Apostoli, 70. Discipuli, Paulus & alij à CHRISTO ἀρχαίμυχοι emissi, doctrinam Legis & Euangelij disseminarunt. Pl. 19. & 68. Rom. 10. Matt. 28. Marc. 16. Luc. 24. Act. 1. & alibi.

Quatuor sunt, iuxta censuram S. Pauli, Roman. 15 præcipuæ utilitates seu fines totius sacrosanctæ Scripturæ, nempe διδασκαλία, ἔκδοσις, παρακλήσις, καὶ ἐλπὶς.

Quatuor sunt Elementa, ex quibus omnium animantium, tam rationalium quàm brutorum, corpora constant, Ignis, Aër, Aqua, Terra, Genesis 1.

Quatuor fuerunt apud veteres VIGILIÆ cuiuslibet noctis κειμήλις, quarum vnaquæq; tres fermè horas complectebatur, nimirum, Prima fax, ab hora sexta ad nonam vsq;. Conticinium, à nona ad duodecimam. Gallicinium, à duodecima vsq; ad tertiam post mediam noctem. Aurora à tertia ad sextam matutinã. Psal. 90. Matth. 14. 20. 24. Marci 6. Ioh. 11. Act. 2. 3. 10. 12. Idem etiam ex historia Passionis CHRISTI apud 4. Euangelistas, non obscure apparet.

Quatuor sunt NOVISSIMA, quæ Syracides τὰ ἔσχατα appellat, à pijs per omnem vitam, tanquam ὀρμητήρια ἑξαρτισανισμοῦ, memoranda, nempe, Mors temporalis: Extremum iudicium; Horrendi & intolerabiles

biles cruciatus Gehēnæ: & ineffabilis lætitia ac amœ-
nitas vitæ cœlestis. Syra. 7. Esai. 30. 64. 66. Matth. 13.
Luc. 16. & 23. Ioh. 16. & 17. 1. Cor. 2. 2. Cor. 12. 2. Timo. 1.
& 4. 1. Pet. 1. 2. Petr. 3. Apoc. 21. & 22.

Quatuor sunt cuiuslibet Christiani, per omnem
vitam, primaria vota. I. Ut habeat, beneficio CHRIS-
TI, pacem cum DEO, summo bono. Psal. 73. Luc. 1. 2.
24. Ioh. 14. 16. 20. Rom. 5. Gal. 3. Phil. 4. II. Contra Di-
abolium, summum malum. Genes. 3. Luc. 22. Ioh. 12. 14.
16. Rom. 8. & 16. Eph. 6. 1. Pet. 5. Iac. 4. Apoc. 12. III.
Cū sua ipsius conscientia optimo κειμηλίω, & teste Au-
gustino, piæ animæ iucundissimo Paradiso. Rom. 5. 1.
Tim. 1. Act. 24. 2. Cor. 1. 1. Pet. 3. 1. Ioh. 3. IV. Cum proxi-
mo suo, multis nominib. sibi deuincto. Leu. 19. Matt.
22. & 7. Lucæ 10. Iohan. 13. & 15. Roman. 13. 1. Cor. 13.

Quatuor habent omnes verè Christiani *ἑξαστά*
πικρὰ ἀσφαλισμῶτα, seu consolatoria indicia & pignora,
de sua æterna salute, nempe, I. Chirographum DEI,
vetus & nouum Testamentum. II. Sigilla DEI, Bap-
tismum, Claues Ecclesiasticas à CHRISTO traditas, &
Cœnam Dominicam. III. Sanctissimum & immotum
iusiurandum DEI. IV. Legatum DEI, Dominum no-
strum IESVM CHRISTVM *Ἰεσὺν ἄνθρωπον παντοκράτορα κένον*.
Testimonijs sacra Biblia sunt plena.

QUANDO SONAT QUINTAM.

Quinque ciuitates diuinit⁹ anathemate interne-
cionis, ob enormia peccata, sunt percussæ, ni-
mirū, Sodoma, Gomorrha, Adama, Zeboim,
& Zoar, sed vna, & quidē minima Zoar, Lothi preci-
b⁹ est seruata. Ge. 10. 14. 18. 19. Deu. 29. Ose. 11. Sap. 10.

Quinque sunt libri Mosis (vt & Psalmorum) Ge-
nesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomion,
vni CHRISTO, quò ad personam, officium, bene-
ficia, doctrinam & regnum, testimonium perhi-
bentes.

Quinque præcipuè species Sabbatorum in S. Bi-
blijs describuntur. I. Est Sabbatum CREATIONIS,
de quo Genes. 2. Exod. 20. & in primo articulo Sym-
boli Apostolici.

II. Est Sabbatum externum, PÆDAGOGICVM, &
legale, quo hominibus & iumentis, aliqua respiratio
atque quies ab operibus seruilibus conceditur. Exodi
20. Deuter. 5.

III. Est Sabbatum animarum, seu SANCTIFICA-
TIONIS, quando homines toti cultibus diuinis va-
cant, de quo Exodi 31. & in tertio articulo Symboli
Apostolici, & in tertio Præcepto Decalogi.

IV. Est Sabbatum REDEMPTIONIS, de quo Phi-
lip. 2. & in secundo articulo Symboli Apostolici, & a-
libi multoties.

V. Est Sabbatum CONSUMMATIONIS, trium-
phationis & beatissimæ æternitatis, quando DEVS
erit omnia in omnibus, de quo Psal. 95. Es. 66. 1. Co-
rinth. 15. Ebræ. 3. & 4. Apocalyp. 21. & 22. & in postre-
mo membro secundi & tertij articuli Symboli Apo-
stolici, in secunda item & septima petitione Orati-
onis Dominicæ. Vbi DEVM, qui est finis desiderii-
orum nostrorum, sine fine videbimus, sine fastidio
amabimus, sine fatigatione laudabimus, vt inquit
Augu-

Augustinus libro vicesimo secundo, de ciuitate DEI,
capit. 30.

Quinq; sunt vulnera Domini nostri IESV CHRIS-
TI, quorum Bonauentura 5262. numerat. Huc per-
tinet *ἡ δαμνῆσις*, & valde consolatorium dictum S.
Augustini: Turbabor, sed non perturbabor, quia vul-
nerum Domini recordabor. Et aurea sententia Diui
Bernhardi, vbi ait: Nihil est efficacius ad curanda cō-
scientiæ vulnera, & ad purgandam mentis saniem,
quàm vulnerum CHRISTI frequens recordatio. I-
tem, iucundissima CANTILENA D. Lutheri:

Beschirmer HERR der Christenheit/
Dein Hülf allzeit sey vns bereit/
Hilff vns HERR Gott aus aller noth/
Durch dein Heilig Fünff Wunden roth.

Quinque læuibus lapidibus Dauid prostrauit &
interemit monstrosus Goliathum, qui haud dubiè
adumbrarunt quinq; vulnera IESV CHRISTI, qui-
bus infernalis Goliathus Diabolus funditur, 1. Samu-
elis 17. Genes. 3. Luc. 11. Iohan. 16. Ephes. 6. 1. Petr. 5.
1. Iohan. 3. Apoc. 5. & 12.

Quinque duntaxat S. Angelorum nomina, in S.
Biblijs expressa sunt, videlicet:

- I. Michaël, Dan. 10. & 12. Iudæ Taddæi 1. Apoc. 12.
- II. Gabriel, Dan. 8. & 9. Lucæ 1.
- III. Raphaël, Tobix 1. & 12.
- IV. Vriël, in libro Esræ, cap. 4.
- V. Hierameel, ibidem cap. 4.

D

Quin-

Quinq; sunt infallibiles & iucundissimæ NOTÆ,
veram Ecclesiam DEI monstrantes:

I. Vbi solus IESVS CHRISTVS DEI & Mariæ filius, caput & fundamentum Ecclesiæ statuitur & agnoscitur; Esa. 28. 1. Pet. 2. Matth. 7. & 16. 1. Cor. 3. Eph. 2. & 5. Coloss. 1. & alibi multoties.

II. Vbi est puritas verbi DEI & Euangelij, de Domino nostro IESV CHRISTO. Psal. 68. Deut. 18. Esa. 8. & 12. Jerem. 20. Matth. 7. & 17. Iohan. 10. 17. 18 Gal. 1. & alibi passim.

III. Vbi est legitimus & integer vsus Sacramentorum à CHRISTO institutorum. Testimonia sunt notissima.

IV. Vbi est Obedientia erga ministerium Euangelicum, in omnibus ad id ipsum pertinentibus. Matth. 7. Luc. 10. Ioh. 13. Eph. 4. & 5. Phil. 3. 1. Thess. 4. & 5. Iac. 1. Ebr. 13. Item Matt. 10. & 18. & alibi passim.

V. Vbi est sancta CRUX. Nam vera Ecclesia DEI patitur persecutionem, nunquam autem ipsa persequitur. Testis est tota sacra Scriptura: Testes sunt omnes authenticæ historiæ: Testis est quotidiana experientia. Huc pertinet tritum sermone distichon:

*Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine cœpit,
Sanguine succreuit, sanguine finis erit.*

Et grauissima ac verissima est sententia S. Augustini, inde ab initio mundi, ad præsentem vsque horam, τῷ ἐργῷ comprobata, vbi ait: Vera Ecclesia est, quæ persecutionem patitur, non quæ facit.

QVAN-

QVANDO SONAT SEXTAM.

S Ex diebus creauit DEVS cœlum & terram,
& omnia animantia, tam rationalia, quàm ir-
rationalia. Gen. 1. & alibi multoties.

Sex erunt longi dies, seu milleni anni totius
mundi, vt sanctissimus Theologus Irenæus, cum Pro-
pheta Elia, per concinnam & vero consentaneam
ἀληθείαν, ex 1. capite Genesios, colligit libr. 5. fol. 334.

Sex sūt dies operarij in hac vita. Ex. 20. & 23. ac alibi.

Sex fuerunt Asyla in terra Canaan, perquàm *ση-
μαντικά καὶ ὁδομυθικά*, & summi Pontificis CHRISTI
ἡεραφισί τῶποι. Numerorum 35. Deut. 4. & 19. Iosua 20.

Sex annis serui Hebræi emptitij, suis Dominis seu
Heris seruire duntaxat necesse habebant. Exodi 21.
Deuter. 15.

Sex annos Israëlitæ suos agros in Palæstina, ex
præscripto diuino, colebant. Exod. 23. Leuit. 25.

Sex diebus Hebræi, secundū mandatū DEI, Man-
na, seu panem cœlitus datū colligebant. Ex. 16. & alibi.

Sextuplicis panis fit mentio in S. Biblijs.

Primus est panis naturæ, seu quotidianus. Genes. 3. In
sudore vultus tui vesceris pane tuo. Esa. 30. Dabit vo-
bis Dominus panem angustix, & aquas oppressio-
nis. Matt. 6. Luc. 11. Panem nostrum quotidianum, &c.

Secundus est panis pœnitentiæ & contritionis. Ps. 42.
& 80. Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis
nobis in lacrymis. Huc pertinent 7. Psalmi pœniten-
tiales Dauidis. Exempla item Petri, Pauli, conuersi
Latronis, Magdalenæ, & aliorum.

D 2

Ter-

Tertius est panis doctrinæ & verbi diuini, Syrac. 15. Cibabit illum pane vitæ & intellectus: Matth. 15. Non est honestum sumere panem filiorum & proijcere castellis.

Quartus est panis Sacramentalis in Cœna Dominica, verū nempe CORPVS DN. nostri IESV CHRISTI.

Quintus est panis veræ inuocationis & gratiarum actionis, quo fides & pia anima cuiuslibet Christiani nutriuntur & saginantur. Psal. 23. & 50. Esa. 25. & passim alibi. Hūc pertinent omnes *ἁγίασμα καὶ ἁγιασμοί* Psalmi, Hymni & Cantiones spirituales, in S. Biblijs, & alijs orthodoxis libris descriptæ.

Sextus est panis cœlestis & æternus in vita futura, iuxta illud CHRISTI Lucæ 22. Edetis & bibetis mecum super mensam meam in regno meo. Luc. 14. Beatus qui comedit panem in regno DEI.

Sex lapidearum Hydriarum aquas Filius DEI, in testimonium suæ omnipotentiae & summæ liberalitatis, in nobilissimum & generosissimum vinum mutauit. Iohan. 2.

Sex opera misericordiae enumerat Saluator noster, Matth. 25. Esurientem cibare, sitientem potare, hospitem colligere, nudum vestire, ægrotum inuisere, & ad coniectum in carcerem venire.

Sexta die hebdomadæ magnæ, IESVS CHRISTVS secundū CONSVMMATVM est, in ara CRUCIS pronunciauit, Iohan. 19. Restat tertium nouissimo die.

Sex sunt NOMINA seu *ἑξ ὀνόματα*, per quā *ἡ ἀγάπη*
ἡ ἀγάπη

Ἰηπκα, quibus Propheta Esaias, Personam, Officium,
Beneficia & Regnum Messia, πανταχοῦ καὶ ὀλικῶς ἔργε-
πκοῦ, describit, nimirum. Admirabilis: Consiliarius:
D E V S fortis: Herôs. Pater æternitatis: Princeps
pacis. Esai. cap. 9.

Sexies Filium D E I pro nobis sacrosanctum &
preciosum S A N G V I N E M suum effudisse, quatuor
Euangelistæ memoriæ prodiderunt. 1. In Circumci-
sione. 2. In Horto. 3. In Flagellatione. 4. In Coro-
natione spinosa & cruenta. 5. In Crucifixione. 6. In
Lateris apertione. Inde S. Ambrosius in libr. de Vir-
ginitate: Inspice, inquit, vulnera C H R I S T I in cru-
ce pendentis, Sanguinem morientis, Precium redi-
mentis, Cicatrices resurgentis. Caput habet incli-
natum ad osculandum, Cor apertum ad diligen-
dum, Brachia extensa ad amplectendum, totum Cor-
pus expositum ad redimendum. Hæc quanta sint, co-
gitate, hæc in statêra cordis vestri appendite, vt totus
vobis figatur in corde, qui totus pro vobis fixus fuit
in cruce.

QVANDO SONAT SEPTIMAM.

S E P T I M O die D E V S quieuit ab omni opere suo
quod fecerat. Gen. 2.

Septennij seruitutem Patriarcha Iacob, pro Ra-
chele pactus fuit & seruiuit. Gen. 29.

Septem fuerunt fertiles, & septem item steriles
anni in terrâ Ægyptiaca, tempore pij Patriarchæ Io-

D 3

sephi,

sephi, septem vaccis pulchris aspectu & pinguib⁹ carne, & septem vaccis alijs deformibus aspectu & tenuibus carne: vt & septem spicis pinguib⁹ & bonis, & septem spicis tenuibus & adustis, per somnia Pharaoni diuinitus immissa, præsignificati. Gen. 41.

Septem dies solennis, & per aliquot millia annorū numeratæ hebdomadæ, ordine describuntur. Gen. 1.

Septem primariæ promissiones de exhibēdo Christo Salvatore mundi, in veteri Testamento extant.

1. Prima est *ἡ κλη*, facta ad primos parentes iam lapsos: SEMEN mulieris conteret caput serpentis. Genesis 3.
2. Secunda promissio est *ἐν δακνῇ*, de certo populo, nempe Iudaico, vbi Messias nasci deberet, facta ad Abrahamum, Isaacum, & Iacobum, his verbis: IN SEMINE TVO benedicentur omnes familiæ terræ. Gen. 12. 17. 22. 26. &c.
3. Tertia promissio est specialior de certa tribu, videlicet, de tribu Iuda, Gen. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, donec venerit Schiloh, id est, Filius, & fortunatus Heros virginis.
4. Quarta promissio est adhuc specialior, de certa familia & domo, nempe Daudis, 2. Sam. 7. 1. Par. 18. Excitabo semen tuum, & regnum eius in æternum confirmabo. Ego ero ei in Patre, & ipse erit mihi in Filium.
5. Quinta promissio est specialissima, de certa persona, nimirum, Virgine, Esaiæ 7. Ecce, Virgo concipiet & pariet filium Immanuelem.

Sexta

6. Sexta promissio est etiam specialissima, de certo loco natiuitatis Messie, Mich. 5. Et tu Bethle- hem nequaquam es minima inter Principes Iuda. Ex te enim mihi proditurus est Dux, qui gubernaturus est populum meum Israel. Huc pertinet etiam Prophetia Haggæi, de gloria secundi templi, cap. 2.

7. Septima promissio est itidem specialissima, de certo tempore aduentus Messie, videlicet de 70. hebdomadibus annorum, hoc est, de 490. annis, Dan. 9.

Septemdialia erant conuiuia nuptiarum, apud primos Patriarchas, & subsequentes Israelitas, singu- lari mysterio non carentia, Gen. 29. Iud. 14. Tobie 8.

Septiduanæ lepræ subitanea & inopinata pœnâ, Maria soror Mosis, ob rebellem murmuratiônem con- tra Mosen, diuinitus est percussa, Numer. 12.

Septem sunt magni Prophetæ, vt quidam ortho- doxi Theologi loquuntur, videlicet, Moses, Samuel, David, Esaias, Ieremias, Ezechiel, Daniel.

Septem numerantur dona Spiritus Sancti, Esa. 11. népe, Spiritus sapientiæ, intelligentiæ, consilij, forti- tudinis, sciëntiæ, reuerentiæ, timoris Domini. Huc per- tinent vsitati hymni: Tu septiformis munere. Ité: Da- tuis fidelibus in te confidentibus sacrû septenarium.

Septem millia verè piorum erant duntaxat, tem- pore Eliæ Prophetæ, in toto regno Israelitico, alioqui valdè populoso, qui genua sua coram idolo Baal non curuauerunt, 1. Reg. 19.

Septem

Septem tempora, seu annos rex Babylonis Nebucadnezar siue Nabuchodonosor, ob insolentiam & contemptum Iehouæ Domini cæli & terræ, ratione sua diuinitus priuatur, & de summo gloriæ fastigio, in sortem brutorum abiectissimam detruditur, donec verè resipiscens, à D E O clementissimè in regnum restituitur. Dan. cap. 4.

Septem numerantur Psalmi pœnitentiales Dauidis, quibus & ipsius regij Prophetæ, & exemplo eiusdem, omnium cæterorum hominum ad D E V M conuersorum & saluandorum, vera, seria & salutaris *μετανοια* seu resipiscentia viuo colore depingitur, videlicet, Psalmus 6. 32. 38. 51. 102. 130. & 143. quos & S. Augustinus in agone mortis orasse scribitur.

Septem sunt petitiones ORATIONIS DOMINICÆ, qua Filius D E I Dominus noster I E S V S C H R I S T V S, & breuitate admiranda & ordine sapientissimo, complexus est omnes cæteras orationes sacrorum Bibliorum, & omnes res, quas veri Christiani à D E O petere & optare possunt.

Septies extat in S. Biblijs præclarissimus & viuæ consolationis plenissimus ille Paragraphus seu versiculus, & quidem iisdem syllabis: Misericors & miserator Dominus: tardus ad iram & multæ bonitatis, videlicet, Exod. 34. Nehem. 9. Psalm. 86. 103. & 145. Iohel. 2. & Ionæ 4.

Septem sunt dicta C H R I S T I, in C R V C E enúciata.

1. Pater remitte illis, nesciunt enim quid faciunt.

Lucæ 23.

2. Mu-

2. Mulier, ecce filius tuus, Discipule: Ecce mater tua. Iohan. 19.
3. Ad conuersum Latronem: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Luc. 23.
4. DEVS meus, DEVS meus, cur deseruisti me? Psal. 22. Matth. 27. Marci 15.
5. Sitio. Psal. 69. Iohan. 19.
6. Consummatum est. Iohan. 19.
7. Pater in manus tuas commendo Spiritum meum. Psal. 31. Luc. 23.

QVANDO SONAT OCTAVAM.

Octo homines tempore vniuersalis Diluuij, in ARCA NOÆ, veræ Ecclesiæ CHRISTI euidentissimo & iucundissimo typo, seruabantur. Genes 7. 2. Pet. 2. De qua dulcissimè S. Nazianzenus

Ζητῶ Νῶε κύβωτον, ὅπως μόρον αἶνον ἀλύξω.

Id est: Noë ratem quæro, quò mortis fulmina vitem.

Octauo die circumcisus est CHRISTVS, & preciosum ac sacrosanctum Sanguinem suum, prima vice pro nobis hominibus effudit. Lucæ 2.

Octo Prophetissæ in S. literis, tanquàm singularia Spiritus Sancti organa, celebrâtur. Maria soror Moïsis, Exod. 15. Debora, quæ, præter officium vaticinandi, Rempubl. Israëliticam 40. annos gubernauit. Iud. 4. Hulda, 2. Reg. 22. Hanna, Luc. 2. Quatuor filiaë Philippi, Actor. 21.

E

Octo

Octo copulas seu iuncturas Theologicæ suæ & verè aureæ Catenæ, in diuiduo nexu coherentes, de æterna apud DEVM prædestinatione omnium saluandorú, ordine ponit Apostolus Paulus, Roman. 8. quæ quum iuxta vniuersales promissiones sacrosancti Euangelij, de Domino nostro IESV CHRISTO, intelligitur, est veræ & viuæ consolationis plenissima, nempe:

I. Πρόγνωσιν θεικὴν, præscientiam seu præuisionem diuinam.

II. Πρόθεσιν, propositum seu decretum DEI æternum.

III. Προσεσμὸν, prædestinationem, nimirum, in CHRISTO IESV, Ephes. 1. 2. Timo. 1. Tit. 1. 1. Petr. 1.

IV. Κλήσιν, vocationem, scilicet per VERBUM DEI.

V. Δικαίωσιν, iustificationem, nimirum, per fidem in CHRISTVM.

VI. Ἀγασμὸν τοῦ Πνεύματος ἁγίου. Sanctificationem Spiritus Sancti. Illi enim, qui Spiritu DEI & CHRISTI ducuntur, sunt filij DEI. Ibidem in præcedente contextu.

VII. Συμμόρφωσιν τῆς εἰκόνος τοῦ ἡδ' Θεοῦ. Conformationem seu similitudinem (in ferendo sanctam crucem & varias afflictiones) imaginis Filij DEI.

VIII. Δόξαν, glorificationem in cœlesti & æterna vita. De hac gradatione Paulina, plurima testimonia in veteri & nouo Testamento extant.

QVAN-

QUANDO SONAT NONAM.

N Quem viri leprosi, miraculosè mundati, erāt
CHRISTO λογιάτρω παντοκρατορικῶ ingradi, &
ab eodem, cum æternâ suarum animarum
iacturâ, deficiebant. Luc. 17.

Hora nona IESVS CHRISTVS in cruce clama-
bat: DEVS meus, DEVS meus, quare me dereli-
quisti: Sitio: Consummatum est: Pater, in manus tu-
as commendo Spiritum meum,

*Inde S. Dionysius suam quotidianam precationem mu-
tuatus est, inquiens:*

DOMINE IESV CHRISTE, VLTIMUM VER-
BUM TVVM IN CRUCE, SIT VLTIMUM
VERBUM MEVM IN HAC LVCE.

QUANDO SONAT DECIMAM.

D Ecem plagæ fuerunt Ægyptijs diuinitus im-
missæ, propter grauissimam tyrannidem in
Israëlitas ferreâ seruitute ibidem pressos.

1. Prima, Conuersio aquarum in sanguinem, in to-
ta terra Ægyptiorum, etiam in singulis vasis
ligneis & lapideis.
2. Secunda, Immissio ranarum operientium totam
Ægyptiorum terram.
3. Tertia, Conuersio pulueris in pediculos apud so-
los Ægyptios.
4. Quarta, Ferocissimæ muscæ.
5. Quinta, Grauißima pestis pecorum Ægyptiaco-
rum,

E 2

Sexta,

6. Sexta, Ulcera grauiſſima in hominib⁹ & iumētis.
7. Septima, Grando igni mixta calamitoſiſſima.
8. Octaua, Locuſtę operientes aſpectum totius terrę Ægyptiorum.
9. Nona, Palpabiles tenebrę toto triduo.
10. Decima, Subitanea mors omnium primogenitorum in tota Ægypto, Iſraëlitarum primogenitis interim exceptis & omnino illæſis.

Decem ſunt Præcepta Decalogi, ipſius DEI digito ſcripti, qui eſt tam naturę corruptę, quã per aquam & Spiritum Sanctum regeneratę, politiſſimum ſpeculum. Exod. 20. 32. 34 Deut. 5.

Decem tribus populi Iſraëlitici, à Rehabeamo filio Salomonis (cui ſola trib⁹ Iuda & Benjamin adhæſit) ipſius ſtolidis & tyrannicis minis motę, ſumma tamen leuitate & ingratitude, cùm erga DEVM ipſum, tùm etiam erga Dauidem & Salomonem, ad Ierobeamum idololatram deficiūt. 1. Reg. 12. 2. Par. 10.

Per decem gradus Sol, ægrotante rege Ezechia, *ὑπερφυσικῶς* & valdè miraculoſè, eſt reſtreſſus. 2. Reg. 20. Eſai. 38. Syrac. 48.

Decem ciuitatum ſeu *δεκαπόλις* medios fines, in Palæſtina, ornauit CHRISTVS illuſtri ac diuino miraculo ſanati ſurdi & muti. Marci 7. Matth. 4. & 15. Vnde non pauci homines ad veram agnitionem exhibiti Meſſiæ peruenerunt. Omnium enim optimus ornatus & præſtantiſſimum *κειμήλιον* ciuitatum, eſt vera agnitio & inuocatio DEI & CHRISTI. Deut. 18. Pf. 2. 24. 46. Eſ. 49. & 60. Ier. 9. 1. Cor. 1. Matt. 9. Ioh. 17.

Decem

Decem Apostolis, testibus *ἀξιωμασις*, quibus Christus *παλιμῶ* die Paschatos apparuerat, Thomas, ductum humanæ rationis sequens, credere obstinatè recusauit, antequàm ipsemet CHRISTVM rediuuium coràm videret & palparet. Ioh. 20.

QVANDO SONAT VNDECIMAM.

VNdecim germanos Apostolos habuit Filius DEI, in sua semiquadrienni Schola, suarum diuinarum concionum & miraculorum auitos & oculatos testes, qui doctrinam de Persona, regno, officio & beneficijs CHRISTI, vnici nostri Magistri & Saluatoris, & viua voce in toto terrarum orbe disseminarunt, literisq; consecrarunt, & suo sanguine obfignarunt. Quos cæteri Christiani Ecclesiastæ, imò omnes pariter Christiani, æternæ salutis cupidi & studiosi, in sua quisque vocatione, imitari enitantur, & contrà Iudæ proditoris turpem hypocrisin, immanem *ἀσποργίαν*, & abominandam malitiam, tanquàm lethalem pestem, & Diabolum ipsum, toto pectore detestentur & fugiant.

Nos iam VNDECIMA HORA, seu Postremo mundi articulo viuimus, vt & tota sacra Scriptura affirmat, & quotidiana experientia omnium rerum, ac trium ordinum generis humani umbella, apertissimè testantur.

Porro VNDECIMA HORA admoneat inprimis, ex sententia S. Hieronymi, Theophylacti & Chrysostomi, homines grandæuos & senio cōfectos,

E 3

vt vel

vt vel tunc ex animo resipiscant, & in CHRISTVM
verè credant. Vt conuersus Latio in cruce, & Diuus
Bernhardus in agone mortis, de priorum operum
fiducia & meritis desperando, gemens dixit: Fateor,
non sum dignus ego, nec proprijs possum meritis re-
gnum obtinere cœlorum. Cæterum duplici iure illud
obtinens Dominus meus, hæreditate scilicet Patris
& merito passionis: altero ipse contentus, alterum
mihi donat, ex cuius dono iure illud mihi vindicans,
non confundor, Libro primo vitæ Bernh. cap. 13.

QVANDO SONAT DVODECIMAM.

DVodecim fuerunt tribus Israëlis. Gen. 35, & 49.
Exod. 1. Luc. 22. Apocal. 7, & alibi.

Duodecim exploratores ex Israëlitis, mandato
DEI à Mose in terram Canaan præmittuntur, quo-
rum duo duntaxat, Iosua & Caleb, DEI immotæ pro-
missioni constanter innituntur, reliqui verò decem,
propriæ rationis ductum sequentes, de occupatione
promissæ terræ lacte & melle fluentis desperant, & ob
id diuinitus in deserto puniuntur & moriuntur. Nu-
mer. 13. & 14. Deut. 1.

Duodecim lapides Israëlitæ, sicis pedibus per
Iordanem transgressi, iussu Iosua ducis sui, & euiden-
tissimi typi, de vero, vnico & omnipotente Iosua
Saluatore generis humani, Domino nostro IESV
CHRISTO, in æternam tanti miraculi memoriam,
Gilgale erexerunt. Iosua 4.

Duodecim præstantissimis vnionibus sacrum Pe-
cto-

ctorale Aharonicum (continens Vrim & Tummim,
& nomina 12. filiorum Israelis) fuit exornatum, vide-
licet, Pyropo, Topazio, Smaragdo, Chrysopraso, Sap-
phiro, Adamante, Cyano, Achate, Amethysto, Beryl-
lo thalassio, Sardio, & Iaspide. Exo. 28. & 39. Syra. 45.
Totidē & ferē iisdem margaritis, *σπινθηροειδῶς* descri-
bit S. Ioannes Theologus, ineffabilem felicitatem &
amoenitatem nouæ & cœlestis Hierosolymæ, omni-
bus in CHRISTVM verē & perseueranter credenti-
bus paratam. Apocal. 21.

Duodecim sunt Prophetæ, quos vocant, Minores
ἑσπερίων, videlicet, Hoseas, Iohel, Amos, Obadia, Io-
nas, Micheas, Nahum, Habacuc, Zephania, Haggæ-
us, Zacharias, Malachias, qui in nouo Testamēto al-
legantur & sua expressa testimonia habent.

Duodecim Apostolos (vnâ cū 70. Discipulis, Nico-
demo, Iosepho ab Arimathæa, Lazaro *παλιμψύχῳ*, Pau-
lo, & alijs) IESVS CHRISTVS ad dexteram æterni
Patris *ἑάνθρωπος* sedens & regnans, in totum terra-
rum orbem amandauit, Matt. 28. Marc. 16. Lucæ 24.
Iohan. 20 Actor. 1. 2. & 9.

Duodecim cophinos mandauit CHRISTVS im-
pleri fragmentis quinq; panū & duorum pisciculorū.
Matt. 14. Mar. 6. Luc. 9. Ioh. 6. Qui ante nouissimum
diem, almi, liberalissimi & omnipotentis Dei prou-
identia & benignitate, non euacuabuntur.

Duodecim sunt menses Lunares, annū complen-
tes & festa eiusdem distribuentes. Psal. 104. Syrac. 43.

Duodecim in capitibus, & quidem sedecies, Do-
ctor

ctor Gentium vsurpat in suis Θεοπνεύσεως Epistolis, ἐμφα-
τικῶς καὶ ἀξιωματικῶς τὸν Phrasin, Μυστήριον pro Persona,
officio, beneficijs, doctrina & regno CHRISTI Im-
manuelis & Saluatoris nostri vnici, videlicet, Rom. II.
& 16. I. Corin. 2. 4. 13. 15. Eph. 1. 3. & 5. Col. 1. & 2. I. Tim. 3.
Summatim autem in toto nouo Testamento, vocu-
la illa vicies semel scripta relinquitur, nimirū, Matt.
13. Marci 4. Lucæ 8. Apoc. 1. & 17. & in dictis capitibus
S. Pauli.

Duodecim principaliter celeberrimæ Synodi in
S. Biblijs descriptæ sunt.

1. Prima, in primæuo Paradiso ipsius Iehouæ, seu Fi-
lij DEI cum primis parentibus iam lapsis. Ge-
nesis 3.
2. Secunda, Inter tres Angelos, seu ipsum Filium
DEI duobus Angelis comitatum, & Abraha-
mum Patriarcham, de nascituro Isaaco, &
quinq; vicinarum vrbium euersione. Gen. 18.
3. Tertia, In monte Sinai. Exo. 19. 20. 24. 34. & alibi.
4. Quarta, Inter Archangelum Gabrielem, & bea-
tam Mariam ἀειπαρθέρον καὶ Θεοτόκον. Luc. 1.
5. Quinta, In ædibus Zachariæ, inter duas sanctissi-
mas & honestissimas matronas, Mariam Dei-
param, & Elisabetham grandæuam. Lucæ 1.
6. Sexta, Apud Iordanem, in Baptismo CHRISTI
omnium augustissimo & fructuosissimo, Mat-
thæi 3. Luc. 3.
7. Septima, In monte Thabor, cui interfuerunt Pa-
ter, Filius, & Spiritus Sanctus: Moses & Elias,
& tres

- & tres præcipui Apostoli, Petrus, Iacobus, & Iohannes. Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9. 2. Petr. 1.
8. Octava, Quum CHRISTVS *καλίμψυχος*, per 40. dies cū suis Apostolis, Maria matre, 70. Discipulis, ijs qui vi Passionis, Mortis & Resurrectionis CHRISTI, è monumētis egressi erant, & alijs, vsq; ad diem suæ gloriosæ & triūphalis Ascensionis, de regno DEI est locutus, & suam veram Resurrectionem eisdem *ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις*, demonstraui. Matt. 28. Marci 16. Lucæ 24. Ioh. 20. & 21. Acto. 1. 1. Corinth. 15.
9. Nona, Hierosolymis in monte Zion, die Pentecostes noui Testamenti, vbi CHRISTVS ad dextram æterni Patris *θεάνθρωπος* sedens, Spiritum Sanctum, iuxta promissionem suam, visibiliter & miraculosè in Apostolos effudit, Iohel. 2. Zach. 12. Ioh. 7. 14. 15. 16. Act. 1. & 2.
10. Decima, Inter IESVM sedentem ad dextram æterni Patris, & Saulum Tarsensem, hostiliter persequentem CHRISTI Ecclesiam, Acto. 9. Item, cum eodem in tertio cœlo & Paradiso DEI, 2. Corinth. 12.
11. Vndecima, Hierosolymis, inter Apostolos & eorum aduersarios *ἐπεροδιδασκάλους*, Acto. 15. Cuius præcipuum decretum & principem scopum Petrus, suo & cæterorum omnium nomine promulgat, inquit: Credimus saluari per gratiam Domini nostri IESV CHRISTI, quemadmodum & Patres nostri, Act. 15.

F

Duode-

12. Duodecima, & omnium maxima ac celeberrima, erit nouissimo die, vbi filius DEI & Mariæ, cum Patre & Spiritu Sancto: cum omnibus S. Angelis; cum 12. Apostolis, & cum multis millibus Sanctorum, ad exercendū extremum iudicium, in nubibus cœli πάντοτε διὰ τοῦ δόξης redibit. Matt. 24. & 25. Luc. 21. Ioh. 5. Act. 1. & 17. Rom. 2. & 14. 2. Corint. 5. 1. Corint. 15. 1. Thessal. 4. & alibi multoties.

Duodecim sunt articuli Symboli Apostolici: (quādo membratim, & secundum numerum 12. Apostolorum, ac distributionem quorundam veterum consideratur) Christianorum γνώσιμα & cōsolatoriæ notæ: Quos quotquot in orbe Christiano, implicite & explicitè, verè & syncerè amplectuntur & profitentur, Hæretici nullo modo sunt habendi, & ob id atrocissimo ac tristissimo αἰρέσεως nomine Lutherani (ipsissimam sanctorum Prophetarum & Apostolorum doctrinam in Ecclesijs & Scholis sonantes, & cum orthodoxa ac prima puraque antiquitate, optimè consentientes) à Pontificijs luculenta & notoria iniuria, imò graui contumeliâ, in ipsam sacrosanctam Trinitatem redundante, & suo, dubio procul, tempore punienda, afficiuntur.

Duodecima deniq; hora commonefaciat quemlibet, cui DEVS est charus, & æterna salus cordi, vltimæ vespere, hoc est, extremi, & omnibus impijs ac hypocritis, horrendi iudicij. Matth. 8. 13. 20. 25. Roman. 2. Zophonæ 1. & alibi multoties, quod nunc
certè

certè est præ foribus, & ideò non tantùm tres STA-
T V S generis humani, sed etiam vniuersa mundi ma-
china quasi nutant, & verè ὅτι ἐπὶ ἀξίμῃς, seu tenui fi-
lo pendent.



O'MOΛΟΓΙΑ ET SYMBOLVM
A V T O R I S.



ST mea Saluator mundi spes vnica CHRISTVS,
Cui viuo & morior: cætera curo nihil.
Quum spes omnis abest, quum nemo leuamina præbet,
Tu spes CHRISTE mihi, tuq; leuamen eris.
Tu DEVS, atq; meo SANGVIS de sanguine, nunquam
Dimidium poteris deseruisse tui.
Vixi dum volui, volui dum CHRISTE volebas,
Mors mihi pro lucro, vitaq; CHRISTVS erat.

Μόνω Θεῷ Δόξα.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

A faint, illegible title or heading centered on the page.

M. O. A. O. T. A. T. S. Y. M. I. O. N. I. M.
A. V. T. O. R. I. S. T. A.

Main body of faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

A single line of faint, illegible text near the bottom of the main text block.



AB: 155087

ULB Halle

3

002 702 754



28 Stück v. d. H.
J. L. Handb. 1/2



155087

R


V 17



radice... ruit in san... guine agni lauerit stolas
radiderunt... corpora sua... ppter deu ad...
meruerit habere coronas... perpernas... in
patri et fili-o et spiri... tu scō. in las. Laudes
macti quanta passi sunt tormentā. ut securi pueniret ad
ru. Evovae. ā Cum palma ad regna pueniret scī.
ous meruerit de manu dei. Evovae. ā Corpora scō
a sūt et uiuent nomina eorum in eternū. Evovae. ā
omni dñm benedicite in eternū. Evovae. ā Martini



nihil
opla
nines
scipu
pecc
xtera
liter
larg
espe
bone
um:
onser
s, qu
os ob
omne
s sine
t, spe
mor
s, mis
chola
pes ne
t hæc
i. ho
deni
utaria
ia ope
ecerit
& cer
tas, &
n illa
cium,
re su
benig
re & S
omn



HOROLOGIVM THEOLOGICVM.

HOC EST,

PIÆ, ET SACRIS
LITERIS ANALOGÆ COGITA
TIONES, DE DICTO SALVATORIS
NOSTRI IESV CHRISTI, VBI IOHANNIS
II. ait: *Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambula
uerit in die, non offendit: quia lucem huius mun
di videt. Lectu non iniu
cundæ.*

Candido animo & amicitia ergo scriptæ,

A D

DIGNISSIMVM VI
RVM, PIETATE, ERVDITIONE, SA
pientia, consilio & autoritate præstantem, Dominum
THEODORVM RONNERVM, Dn. fauto
rem & consanguineum suum, obser
uanter colendum.

A B

HENRICO VRSINO, PASTORE PAROE
iæ Curouiensis in Holsatia.

L V B E C Æ,

Typis Laurentij Alberti Bibliopolæ,

ANNO M. DC. III.